

NOTITIAE

SACRA CONGREGATIO PRO SACRAMENTIS ET CULTU DIVINO

— SECTIO PRO CULTU DIVINO —



NOTITIAE

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica editi cura

Sectionis pro Cultu Divino Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino

« Notitiae » prodibunt semel in mense. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, inceptuum, editionum in re liturgica, praesertim e Conferentiis Episcopalibus vel Commissionibus liturgicis nationalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit.

Directio: Commentarii sedem habent apud S. Congregationem pro Sacramentis et Cultu Divino, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta his verbis inscripta NOTITIAE. *Città del Vaticano.*

Administratio autem residet apud *Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano - c.c.p. N. 1-16722.*

Pro commentariis sunt in annum solvendae: in Italia lit. 4.500 - extra Italiam lit. 5.500 (\$ 11). Singuli fasciculi veneunt: lit. 400 (\$ 0,70) — Pro annis elapsis singula volumina: lit. 9.000 (\$ 15); singuli fasciculi: lit. 800 (\$ 1,40).

Libreria Vaticana fasciculos Commentarii mittere potest etiam *via aërea*. Typis Polyglottis Vaticanis.

114

Vol. 12 (1976) - Num. 1

Acta Summi Pontificis

Ex Adhortatione Apostolica « Evangelii Nuntiandi » Summi Pontificis
Pauli VI de evangelizatione in mundo huius temporis 3

Allocutiones Summi Pontificis

La vostra preghiera liturgica sia ardente 5
La maternità di Maria, Madre di Dio 6

Acta Congregationis

Consultores pro Sectione Cultus Divini 7
Summarium decretorum:

Confirmatio deliberationum Conferentiarum Episcopaliū circa interpretationes populares 9
Confirmatio textuum propriorum Religiosorum 13
De sacra Communione in manu fidelium distribuenda 14
Patroni confirmatio 14
Concessio tituli Basilicae Minoris 14
Calendaria particularia 15
Decreta varia 16

Celebrationes particulares

Missa votiva « Pro Pace » 17
Pro benedictione organi liturgici 24
De Canonizationibus:
S. Elisabeth Annae Bayley Seton 30
S. Ioannis Macías 33
S. Oliverii Plunkett 35

Instauratio liturgica

« La preghiera del mattino e della sera » 38

Studia

Le chant sacré aujourd'hui (I) 40

Documentorum explanatio

Ad Institutionem Generalem Liturgiae Horarum 46
Ad munus diaconi in communitatibus 46

SOMMAIRE

Actes et discours du Saint-Père (pp. 3-6)

L'Exhortation apostolique « Evangelii nuntiandi » (pp. 3-4). Dans ce document consacré à « l'évangélisation dans le monde moderne », qui reprend et coordonne le sujet déjà traité par le Synode des Evêques de 1974, est soulignée l'importance de l'homélie comme instrument efficace d'évangélisation lorsqu'elle est enracinée dans la Parole de Dieu et fidèle au magistère de l'Eglise. On y mentionne aussi l'importance de l'annonce de la Parole de Dieu dans la célébration des sacrements et dans les assemblées de prière des fidèles.

Au stade actuel de la réforme liturgique, ce rappel a vraiment un caractère d'opportunité et d'actualité.

La prière doit être une adhésion aux directives de l'Eglise (p. 5). La prière liturgique ne favorise la communion ecclésiale et la profondeur même de la prière que si elle respecte les directives de l'Eglise.

La maternité de la Mère de Dieu (p. 6). Tous les jours de l'année, il faut implanter dans la pensée, dans la dévotion, le culte et l'amour pour Marie, Mère de Dieu, exemple de toute vertu humaine et chrétienne.

Célébrations particulières (pp. 17-37)

On trouvera ici quelques formulaires nouveaux, préparés pour la célébration de la Journée de la paix 1976; pour les canonisations des bienheureux Elisabeth Seton, Juan Macías, Olivier Plunkett, et le schéma de bénédiction d'un orgue liturgique.

Réforme liturgique (pp. 38-39)

26

La prière du matin et du soir. Une édition de la Liturgie des Heures en langue courante destinée au peuple chrétien: c'est une des initiatives que doivent prendre les Conférences épiscopales, afin que l'Office divin, au moins pour les Heures fondamentales, redevienne la prière publique et commune du peuple de Dieu. C'est bien ce que s'est proposé et ce qu'a réalisé la Conférence épiscopale italienne avec la publication de « La preghiera del mattino e della sera ».

Etudes (pp. 40-45)

Le chant sacré aujourd'hui. La liturgie ne peut se passer de chant, expression de la joie dont est rempli celui qui participe au mystère du salut, lequel se perpétue au moyen des signes liturgiques.

Aujourd'hui plus que jamais, la réforme liturgique nous offre l'occasion de remettre en valeur le chant sacré, elle nous y invite, aussi bien dans les communautés monastiques et religieuses que dans les communautés paroissiales.

On en trouve le témoignage dans la présentation d'un recueil de chants « Cantate Domino », préparé sous la direction du Conseil Œcuménique des Eglises, et dans le rapport sur une expérience de chant sacré dans une communauté monastique.

SUMARIO

Actividades y discursos del Santo Padre (pp. 3-6)

La Exhortación Apostólica « Evangelii Nuntiandi » (pp. 3-4). En el Documento dedicado a la « evangelización en el mundo moderno », que resume y coordina lo ya tratado por el Sínodo de los Obispos de 1974, se subraya la importancia de la homilía, como instrumento válido de evangelización, siempre que esté enraizada en la Palabra de Dios y sea fiel al Magisterio de la Iglesia. Como se señala también la importancia del anuncio de la Palabra de Dios en la celebración de los Sacramentos y en las asambleas de plegaria de los fieles.

En la fase actual de la reforma litúrgica, a esta advertencia hay que atribuirle una peculiar y grande oportunidad y actualidad.

La Plegaria sea una adhesión a las normas de la Iglesia (p. 5). La plegaria litúrgica favorece la comunión eclesial y la misma profundidad de la plegaria, solamente si se desarrolla en armonía con las normas de la Iglesia.

La maternidad de la Madre de Dios (p. 6). Cada día del año, llévase en el pensamiento, en la devoción, el culto y el amor a María Santísima, Madre de Dios, modelo de toda virtud humana y cristiana.

Celebraciones particulares (pp. 17-37)

Se incluyen algunos formularios nuevos, preparados para la celebración del Día de la Paz en 1976; las Canonizaciones de los Beatos: Elisabetta Seton, Juan Macías, Oliviero Plunkett; y el esquema para la bendición de un órgano litúrgico.

~~La liturgia~~ litúrgica (pp. 38-39)

~~La liturgia de la mañana y de la tarde.~~ Una edición de la Liturgia de las Horas en lengua vulgar, destinada al uso del pueblo cristiano, es uno de los pasos necesarios que deben darse por parte de las Conferencias Episcopales, para que el Oficio Divino, al menos en las horas fundamentales, vuelva a ser la plegaria pública y común del pueblo de Dios. Esto es lo que se ha propuesto y ya ha llevado a la práctica la Conferencia Episcopal Italiana con la publicación de « La preghiera del mattino e della sera ».

Estudios (pp. 40-45)

El canto sagrado hoy día. La Liturgia no puede prescindir del canto, expresión de aquel gozo que llega a invadir a quien es partícipe del misterio de la salvación, que se prolonga sin cesar por medio de los signos litúrgicos.

Hoy más que nunca la reforma litúrgica nos ofrece la ocasión de revalorizar el canto sagrado, y a ello nos invita, ya sea en las comunidades monásticas y religiosas, ya en las comunidades parroquiales.

De ello da testimonio la presentación de una antología de cantos, « Cantate Domino », preparada bajo la dirección del Consejo Ecuménico de las Iglesias, así como el informe acerca de una experiencia de canto sagrado llevada a cabo en una comunidad monástica.

SUMMARY

Writings and Allocutions of the Holy Father (pp. 3-6)

The Apostolic Exhortation "Evangelii Nuntiandi" (pp. 3-4). In the document dedicated to "evangelization in the modern world", which takes up and coordinates the themes presented in the Synod of Bishops, 1974, the importance of the homily is emphasized, as a valuable instrument of evangelization, when the homily is rooted in the Word of God and is faithful to the magisterium of the Church. The importance of the Word of God in the celebration of the sacraments and when the faithful gather for prayer is also emphasized.

Recalling this aspect is particularly apt at the present stage of the liturgical reform.

Prayer in harmony with the directives of the Church (p. 5). Liturgical prayer favours ecclesial communion and the depth of prayer itself, only if carried out in harmony with the directives of the Church.

The motherhood of the Mother of God (p. 6). Every day of the year, there should be thought, devotion, worship and love for the Blessed Virgin Mary, Mother of God, exemplar of every human and Christian virtue.

Special celebrations (pp. 17-37)

Some new Mass formulas are presented, prepared for: the celebration of the Day of Peace, 1976; for the Canonizations of Elizabeth Seton, Juan Macías, Oliver Plunkett; the outline of a blessing of a liturgical organ.

Liturgical reform (pp. 38-39)

Morning and Evening Prayer. An edition of the Liturgy of the Hours in the vernacular for use by the Christian people, is one of the steps that needs to be taken by the Episcopal Conferences, in order that the Divine Office, at least in its most important Hours, should become again the public and common prayer of the People of God. It is this that the Italian Episcopal Conference has sought to achieve with its publication "La preghiera del mattino e della sera".

Studia (pp. 40-45)

Sacred music today. The liturgy cannot do without music and song, an expression of that joy which flows from participation in the mystery of salvation which is continued through the liturgical symbols.

Today more than ever the liturgical reform affords the opportunity and invites us to value once more the importance of song, both in religious and monastic communities, and in parish celebrations.

A witness to this is the presentation of the collection of songs "Cantate Domino", prepared under the direction of the World Council of Churches, and the account given of the experience of sacred music in a monastic community.

Akten und Ansprachen des Papstes (S. 3-6)

Das Apostolische Mahnschreiben « Evangelii Nuntiandi » (S. 3-4). In dem Dokument, das im Anschluß an die Verhandlungen der Bischofssynode von 1974 der Glaubensverkündigung in der heutigen Welt gewidmet ist, wird die Bedeutung der Homilie unterstrichen. Die Homilie in der Eucharistiefeier ist ein wichtiges Mittel zur Verkündigung, wenn sie tatsächlich das Wort Gottes erklärt und mit dem Lehramt der Kirche übereinstimmt. Auch auf die Bedeutung der Verkündigung des Gotteswortes bei der Feier der anderen Sakramente und bei Gebetsgottesdiensten wird hingewiesen.

In der gegenwärtigen Phase der Liturgiereform können diese Hinweise als nützlich und notwendig gelten.

Das Gebet sei Bekenntnis zur Lehre der Kirche (S. 5). Das liturgische Beten fördert die Gemeinschaft der Kirche und erreicht seine eigene Tiefe nur, wenn es sich in Übereinstimmung mit der Lehre der Kirche vollzieht.

Die Mutterschaft Mariens (S. 6). An jedem Tag des Jahres möge man bedenken, daß Maria Vorbild für jede menschliche und christliche Tugend ist, und sie als Gottesmutter verehren.

Besondere Feiern (S. 17-37)

Es werden einige neue liturgische Formulare abgedruckt: Die Meßtexte für den Weltfriedenstag 1976 und die Heiligsprechungen von Elisabeth Seton, Juan Macías und Oliver Plunkett, sowie das Schema für eine Orgelweihe.

Liturgische Erneuerung (S. 38-39)

Das kirchliche Morgen- und Abendgebet. Eine Ausgabe des Stundenbuchs in der Muttersprache für die Laien ist ein notwendiger Schritt, den die Bischofskonferenzen tun müssen, damit das Stundengebet wenigstens in den beiden Hauptgebetsstunden wieder zum öffentlichen und gemeinsamen Gebet des Gottesvolkes wird. Diesen Schritt hat die italienische Bischofskonferenz mit der Veröffentlichung des Bandes « La preghiera del mattino e della sera » getan.

Studien (S. 40-45)

Der heutige gottesdienstliche Gesang. Gottesdienst kann nicht ohne Gesang auskommen. Dieser ist Ausdruck jener Freude, die die Teilnehmer am Heilseignis, wie es sich unter den liturgischen Zeichen vollzieht, erfüllt.

Die liturgische Erneuerung bietet Gelegenheit und willkommenen Anlaß, den gottesdienstlichen Gesang in den Pfarrgemeinden und Ordensgemeinschaften wieder aufzuwerten.

Ein Beweis dafür ist das Bändchen « Cantate Domino », das unter Verantwortung des Weltkirchenrats veröffentlicht wurde. Zeugnis davon gibt auch der Erfahrungsbericht einer monastischen Kommunität über den Gesang im Gottesdienst.

**SACRA CONGREGATIO PRO SACRAMENTIS
ET CULTU DIVINO**

- *SECTIO PRO CULTU DIVINO* -

NOTITIAE

1976

VOL. XII

CITTÀ DEL VATICANO

Acta Summi Pontificis

« EVANGELII NUNTIANDI »

SUMMI PONTIFICIS PAULI VI ADHORTATIO APOSTOLICA DE EVANGELIZATIONE IN MUNDO HUIUS TEMPORIS

Adhortatio Apostolica « Evangelii nuntiandi », die 8 mensis Decembris 1975 Romae data, in nn. 43-44 de Verbi Domini annuntiatione in homilia et in Sacramentorum celebratione, atque de catechetica institutione agit.

Qui textus hic referuntur, peculiaris liturgici momenti causa.

Haec autem praedicatio, qua Evangelium nuntiatur, multas induere formas potest, easque ardens animorum studium suggeret et in infinitum paene multiplicabit. Revera enim innumerabiles sunt vitae eventus ipsaque, in quibus homines versantur, adiuncta, quae praebent opportunitatem res prudenter itemque praeclare nuntiandi, quas Dominus aliqua data occasione dicere velit. In quo satis cuique est, si vere spirituales habeat sensum, quo Dei nuntium in rerum cursu signatum detegat. Verum, quoniam instauratus sacrae liturgiae ordo « Liturgiae Verbi » multum auctoritatis attribuit, is profecto erret qui homiliam esse validum atque lectissimum peragendaevangelizationis instrumentum neget. Oportet sane pernoscere in usumque convertere sive postulationes sive virtutes, homiliae proprias, ut ea nempe pastoralis efficacitatis plenitudinem consequatur. Sed hoc in primis oportet sibi quisque persuasum habeat, totoque amoris affectu ad hoc se devoteat. Haec eadem praedicatio, singulari modo in eucharisticam celebrationem inserta, ad quam apparandam directe ac proxime spectat undeque peculiarem vim ac firmitatem haurit, nihil est dubii, quin praecipuum munus in evangelizatione expleat, quatenus intimam fidem praedicantis patefaciat penitusque amore imbuatur. Ab ea enim fideles, coadunati ut Ecclesiam paschalem efforment, quae festum Domini in medio eorum adstantis celebrat, multum sibi expectant laetosque fructos percipiunt, modo sit simplex, perspicua, directa, accommodata, in Evangelii doctrina posita atque infixata, Ecclesiaeque pariter Magisterio fideliter adhaerens, apostolico incitata ac temperata ardore, qui ei suapte natura obveniat, plena bonae spei,

fidem enutriens, pacem progignens et unitatem. Multae communitates sive paroeciales sive alius generis per homiliam, dominicis habitam diebus, vivunt atque confirmantur, modo illis ditetur proprietatibus.

Huc insuper accedit quod, propter eandem sacrae liturgiae institutionem, non in eucharistica tantummodo celebratione tempus adest habendae homiliae conveniens. Haec enim suum locum obtinet, neque proinde est negligenda in Sacramentis omnibus celebrandis, atque etiam in caeremoniis liturgiae adsimilioribus peragendis, cum fideles una simul conveniunt. Semper eadem ad Verbum Domini annuntiantium opportunitas maxime singularis erit.

* * *

Alia ratio, quam evangelizatio nullo modo negligere debet, catechetica institutio est. Ex religionis enim doctrina ordinatim tradita oportet mentes in primis infantium et adolescentium comprehendant partes principales, vivum thesaurum veritatis, quam Deus nobiscum communicare voluit quamque Ecclesia per longum suae historiae cursum plenius usque declarare studuit. Nemo praeterea negabit eandem doctrinam idcirco impertiendam esse, ut vitae christianae mores inde conformentur, non vero ut quoddam intellectus ornamentum maneat. Sine dubio totum opus evangelizationis plurimum sane proficit — in ipsa provincia catecheticae institutionis quam Ecclesia curat, in scholis ubi illud fieri potest et, utcumque ea res se habet, in christianorum domibus —, si catechesis praeceptores uti poterunt aptis libris sapienter scienterque conscriptis sub Episcoporum auctoritate. Necesse autem est accommodentur docendi viae ad singulorum hominum aetatem et eruditionem et intellegendi potestatem, eodemque tempore opera detur, ut in memoria ac mente et animo veritates necessariae defigantur, quae per totam vitam alte penetrent. Sed opus est ante omnia, ut periti catechesis doctores praeparentur — sive sunt ipsius paroeciae catechistae sive magistri sive parentes —, quorum etiam intersit sese ipsos ulterius educare et perficere in hac religiosae institutionis arte, quae praestantior quidem est et pernecessaria, quaeque tantum insuper ab hominibus postulat. Ex altera autem parte, quamvis minime praetereunda sit infantium educatio, iam patet hodiernas condiciones plus plusque flagitare, ut institutio catechetica sub forma alicuius catechumenatus tradatur pluribus adolescentibus et adultis, qui gratia divina commoti paulatim detegunt Christi vultum et sentiunt quam sit necesse sese Illi totos dedere.

Allocutiones Summi Pontificis

LA VOSTRA PREGHIERA SIA MODELLO DI ADESIONE ALLE DIRETTIVE DELLA CHIESA

Summus Pontifex Paulus VI, in Audientia generali die 24 Septembris 1975 habita, participantes ex tertio Ordine S. Francisci his verbis allocutus est.

È proprio della vostra vocazione contestare una società in cui si fa leva soltanto sull'efficienza. Le vostre comunità devono essere, per eccellenza, centri di preghiera, di solitudine per Dio, di amorosa comunione con Cristo. La vostra preghiera liturgica sia ardente, dignitosa e semplice; *sia modello di adesione alle direttive della Chiesa*, nel momento in cui certuni cercano il rinnovamento di fantasticherie abusive e illusorie che non favoriscono né la comunione ecclesiale né la profondità della preghiera.

Questo senso della preghiera è inseparabile da quello dell'ascesi. Sappiate reagire quando si manifesta disistima e abbandono dei mezzi ascetici tradizionali — specialmente di quelle così ben dette « osservanze religiose » — perché essi costituiscono una forma importante di ubbidienza che schiude il cuore a Dio e gli conferisce slancio di amore.

LA MATERNITÀ DI MARIA MADRE DI DIO

Ex homilia die 1 Ianuarii 1976 in Basilica Sancti Petri a Summo Pontifice habita, in qua munus Mariae in mysteriis Nativitatis Domini illustravit.

... Secondo pensiero: quello della festività, a cui è dedicato questo primo giorno dell'anno liturgico, la maternità di Maria, Madre di Dio. È come una conclusione, un coronamento del mistero del Natale. Bellissimo, ricchissimo, dolcissimo tema. Quante cose da ricordare, quante da celebrare, quante da godere a questa primizia liturgica, con cui si apre il nostro cammino nel tempo, che ancora ci è concesso di vivere in questa vigilia dell'eternità, ch'è la vita presente. La persona di Maria, quale nel Vangelo, e quale nel culto cattolico ci è presentata, nel suo profilo immacolato e virgineo, nella sua umiltà e nella sua povertà, nel suo candore così dolce e così umano, così innocente quale in nessun'altra creatura potremo incontrare, ci è messa davanti dalla liturgia nel suo incomparabile, ineffabile e per noi indispensabile mistero, quello di madre di Gesù Cristo, Figlio di Dio e nostro Salvatore. Qui occorre una promessa, un impegno: porteremo con noi, nel nostro pensiero, nella nostra devozione, nella nostra fiducia il pensiero, il culto, l'affezione a Maria Santissima, in ogni giorno dell'anno, come quello d'uno « specchio », d'un esemplare d'ogni umana e cristiana virtù, come quello della donna purissima e dolcissima, che si accompagna al nostro faticoso pellegrinaggio, come quello d'una Madre dal cuore così grande d'accogliere in sé la pienezza dell'amore di Cristo, suo Figlio, di Dio Padre, Verbo e Spirito Santo, e poi dell'amore all'umanità, alla Chiesa intera, a ciascuno di noi. *Mater pulchrae dilectionis*, la chiama la devozione intelligente della Chiesa; non dimentichiamolo più (e abbiamo cura di rileggere ciò che il capitolo VIII della grande costituzione sulla Chiesa, la *Lumen Gentium* del Concilio ecumenico Vaticano II ci riassume sulla teologia e sulla devozione a Maria; e, se non vi dispiace, rileggete anche la nostra esortazione sul Culto alla Madonna, scritta nel febbraio del 1974). Maria merita questo nostro filiale interesse; e noi non ne abbiamo che a trarre profitto e speranza.

Acta Congregationis

CONSULTORES PRO SECTIONE CULTUS DIVINI

1. Rev.do Mons. Martimort Aimé Georges
(della diocesi di Toulouse)
32, rue de la Gravette - 31300 Toulouse (Francia)
2. Rev.do Mons. Jounel Pierre
(della diocesi di Nantes)
44780 Saffré (Francia)
3. Rev.do P. Gy Pierre Marie, OP
20, rue des Tanneries - 75013 Paris (Francia)
4. Rev.do Mons. Lengeling Emil
(della diocesi di Münster)
Am Tiergarten 37 - 4401 Wolbeck (Germania Occidentale)
5. Rev.do Mons. Fischer Balthasar
(della diocesi di Trier)
Weberbach 17-18 - 55 Trier (Germania Occidentale)
6. Rev.do Mons. Coughlan Peter
(della diocesi di Shrewsbury)
Via Monserrato, 45 - 00186 Roma
7. Rev.do Sac. Swaine Sean
(della diocesi di Kildare and Leighlin)
Mount St. Anne's - Portarlinton, Co Laois (Irlanda)
8. Rev.do P. Bär Philippe, OSB
Koningin Emmalein 3 - Rotterdam 2 (Olanda)
9. Rev.do P. Calabuig Ignacio, OSM
Viale Trenta Aprile, 6 - 00153 Roma
10. Rev.do P. Fontaine Gaston, CRIC
1225 Est, boul. Saint Joseph - Montréal 176 P. Q. (Canada)
H2Y-1L7.
11. Rev.do P. Mazzarello Secondo, Sch.P.
Via Liberiana, 17 - 00185 Roma

12. Rev.do P. Macca Valentino, OCD
Corso d'Italia, 38 - 00198 Roma
13. Rev.do P. Krosnicki Thomas, SVD
1312 Massachusetts Ave., N.W. - Washington, D.C. 20005
(U.S.A.)
14. Rev.do Sac. Crivelli Valerio
(della diocesi di Lugano)
Borghetto, 6 - 6901 Lugano, Ti. (Svizzera)
15. Rev.do P. Neunheuser Burkard, OSB
Via di Porta Lavernale, 19 - 00153 Roma

SUMMARIUM DECRETORUM

(a die 8 nov. ad diem 10 ian. 1976)

I. CONFIRMATIO DELIBERATIONUM CONFERENTIARUM EPISCOPALIUM
CIRCA INTERPRETATIONES POPULARES

AMERICA

Argentina

Decreta generalia, 12 nov. 1975 (Prot. CD 636/75): confirmatur popularis interpretatio ordinis Lectionum Missae pro diebus ferialibus (cyclos anni II).

Die 18 dec. 1975 (Prot. CD 808/75): conceditur ut in Argentina Prex eucharistica II pro Missis cum pueris et Prex eucharistica II de reconciliatione, lingua *hispanica* exaratae, adhiberi valeant « ad experimentum », secundum normas et condiciones statutas (cf. *Notitiae* 11, 1975, pp. 4-12).

Bolivia

Decreta generalia, 3 ian. 1976 (Prot. CD 825/75): confirmatur interpretatio *hispanica* Precum eucharisticarum pro Missis cum pueris et de reconciliatione, « ad experimentum » adhibendarum secundum normas et condiciones statutas (cf. *Notitiae* 11, 1975, pp. 4-12).

Chilia

Decreta generalia, 21 nov. 1975 (Prot. CD 607/75): conceditur ut adhiberi valeant « ad experimentum » Preces eucharisticae pro Missis cum pueris et de reconciliatione secundum normas et condiciones statutas (cf. *Notitiae* 11, 1975, pp. 4-12).

Cuba

Decreta generalia, 8 dec. 1975 (Prot. CD 723/75): conceditur ut in eadem Natione adhiberi valeat interpretatio *hispanica* Ordinis Paenitentiae et Ordinis Unionis infirmorum eorumque pastoralis curae, pro dioecesis Hispaniae iam probata.

Peruvia

Decreta generalia, 8 ian. 1976 (Prot. CD 19/76): confirmatur interpretatio *hispanica* Ordinis Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae.

ASIA

Corea

Decreta generalia, 24 nov. 1975 (Prot. CD 648/75): confirmatur interpretatio *coreana* Ordinis Initiationis Christianae adutorum.

India

Decreta particularia, *Regio linguae «Hindi»*, 14 nov. 1975 (Prot. CD 358/75): confirmatur interpretatio *hindi* formulae sacramentalis Ordinis Paenitentiae.

Regio linguae «Kannada», 5 ian. 1976 (Prot. CD 828/75): confirmatur interpretatio *kannada* partium Missalis Romani, quae Missae Rituales et Missae et Orationes ad diversa inscribuntur.

Regio linguae «Tamil», 17 dec. 1975 (Prot. CD 515/75): confirmatur interpretatio *tamil* formulae sacramentalis ad reconciliandos singulos paenitentes.

Patriarchatus Hierosolymitanus Latinorum

Decreta generalia, 22 nov. 1975 (Prot. CD 532/75): confirmatur interpretatio *arabica* formulae sacramentalis ad reconciliandos singulos paenitentes.

Sri Lanka

Decreta generalia, 8 nov. 1975 (Prot. CD 508/75): confirmatur interpretatio *sinhala* formularum sacramentalium Ordinis Paenitentiae et Ordinis Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae.

EUROPA

Austria

Decreta particularia, *Sideropolitana*, 23 dec. 1975 (Prot. CD 485/75): confirmatur interpretatio *croatica* formulae sacramentalis ad reconciliandos singulos paenitentes.

Cecoslovachia

Decreta generalia, 30 dec. 1975 (Prot. CD 14/75): confirmatur interpretatio *slovacha* formulae sacramentalis Ordinis Confirmationis.

Dania

Decreta generalia, 11 nov. 1975 (Prot. CD 629/75): confirmatur interpretatio *danica* ordinis Lectionum Missae pro dominicis et festis diebus.

Regiones Linguae Gallicae

Decreta generalia, 26 nov. 1975 (Prot. CD 360/75): confirmatur interpretatio *gallica* formulae sacramentalis Ordinis Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae.

Decreta particularia, *dioceses provinciae Sabaudiae*, 13 nov. 1975 (Prot. CD 351/75): confirmantur textus *latinus* atque interpretatio *gallica* Proprii Missarum dioecesium.

Germania

Decreta particularia, 22 nov. 1975 (Prot. CD 616/75): confirmantur textus proprii Missarum dioecesium: *Berolinensis*, *Gorlicensis*, *Misnensis*.

Monasteriensis, 3 ian. 1976 (Prot. CD 822/75): confirmatur textus *germanicus* Missae propriae B. Arnoldi Janssen et B. Mariae Droste zu Vischering a Divino Corde.

Hispania

Decreta generalia, 10 ian. 1976 (Prot. CD 30/76): confirmatur interpretatio *hispanica* Ordinis Confirmationis.

Die 10 ian. 1976 (Prot. CD 31/76): confirmatur interpretatio *hispanica* Ordinis Initiationis Christianae adultorum.

Decreta particularia, *Ebusitana*, 24 nov. 1975 (Prot. CD 691/75): confirmantur interpretationes *hispanica* et *catalaunica* Proprii Missarum dioecesis.

Hollandia

Decreta generalia, 17 nov. 1975 (Prot. CD 417/75): confirmatur interpretatio *neerlandica* Ordinis Exsequiarum.

Die 2 dec. 1975 (Prot. CD 419/75): confirmatur interpretatio *neerlandica* Ordinis Professionis Religiosae.

Italia

Decreta particularia, *Clavarensis*, 27 nov. 1975 (Prot. CD 391/75): confirmatur textus *latinus* atque interpretatio *italica* Proprii Missarum et Liturgiae Horarum dioecesis.

Aquaviventis, 24 nov. 1975 (Prot. CD 362/75): confirmatur interpretatio *italica* Proprii Missarum Praelaturae Nullius.

Pontificia Basilica S. Antonii in Padua, 17 nov. 1975 (Prot. CD 335/75): confirmatur textus *latinus* atque interpretatio *italica* Praefationis I et II Missae S. Antonii de Padua.

Romania

Decreta particularia, *Timisoarensis*, 8 ian. 1976 (Prot. CD 4/76): conceditur, ob rationes pastorales, ut aliquae celebrationes peragi valeant diebus sicut ante Calendarium Romanum instauratum.

Scotia

Decreta generalia, 17 nov. 1975 (Prot. CD 571/75): conceditur ut in Scotia Preces eucharisticae pro Missis cum pueris et de reconciliatione, lingua *anglica* exaratae, adhiberi valeant « ad experimentum », secundum normas et condiciones statutas (cf. *Notitiae* 11, 1975, pp. 4-12).

II. CONFIRMATIO TEXTUUM PROPRIORUM RELIGIOSORUM

Ordo Fratrum S. Augustini et Ordo Augustiniensium Discalceatorum, 4 dec. 1975 (Prot. CD 654/75): confirmatur interpretatio *italica* textuum Proprii Missarum et Liturgiae Horarum eorundem Ordinum.

Ordo Fratrum S. Augustini et Ordo Augustinianorum Recollectorum, 15 dec. 1975 (Prot. CD 704/75): confirmatur pro iisdem Ordinibus textus Proprii Missae et Liturgiae Horarum Beati Ezechielis Moreno lingua *latina* exaratus necnon interpretationes *hispanica* et *italica*.

Ordo S. Benedicti, Monasteria Croatiae, 9 dec. 1975 (Prot. CD 735/75): confirmatur interpretatio *croata* Proprii Missarum Ordinis.

Ordo Fratrum Discalceatorum B. Mariae V. de Monte Carmelo, 10 nov. 1975 (Prot. CD 602/75): confirmatur interpretatio *gallica* Proprii Missarum Ordinis.

Ordo Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, 13 dec. 1975 (Prot. CD 742/75): confirmatur interpretatio *gallica* Proprii Missarum Ordinis.

Ordo Hospitalarius S. Ioannis a Deo, 10 nov. 1975 (Prot. CD 624/75): confirmatur interpretatio *hispanica* Proprii Liturgiae Horarum Ordinis.

Die 24 nov. 1975 (Prot. CD 664/75): confirmatur interpretatio *gallica* Liturgiae Horarum Ordinis.

Ordo Fratrum Minorum, 17 nov. et 23 dec. 1975 (Prot. CD 550/75; CD 771/75): confirmatur textus *anglicus* Liturgiae Horarum Ordinis.

Ordo SS.mae Trinitatis, 10 nov. 1975 (Prot. CD 628/75): confirmatur interpretatio *italica* Missae B. Vincentii Grossi.

Congregatio Missionariorum Oblatorum B. Mariae V. Immaculae, 30 dec. 1975 (Prot. CD 741/75): confirmatur textus *latinus* Missarum et Liturgiae Horarum necnon textus *gallicus* lectionis alterae Officii B. Eugenii de Mazenod.

Congregatio Sacrorum Cordium Iesu et Mariae necnon Adorationis perpetuae SS. Sacramenti altaris, 8 ian. 1976 (Prot. CD 43/75): confirmatur textus *latinus* Missarum et Liturgiae Horarum propriae Congregationis.

Congregatio SS.mi Sacramenti, 25 nov. 1975 (Prot. CD 695/75): confirmatur interpretatio *italica* Missarum et Liturgiae Horarum propriae Congregationis.

Congregatio Clericorum Parochialium seu Catechistarum S. Viatoris, 10 dec. 1975 (Prot. CD 749/75): confirmatur textus Missae S. Viatoris linguis *latina, anglica, gallica* et *hispanica* exaratus.

Societas Apostolatus Catholici, 28 nov. 1975 (Prot. CD 701/75): confirmantur textus Liturgiae Horarum S. Vincentii Pallotti linguis *latina* et *italica* exarati.

Societas Mariae, 20 nov. 1975 (Prot. CD 663/75): confirmatur interpretatio *anglica* Proprii Missarum Societatis.

Societas Verbi Divini, 9 ian. 1976 (Prot. CD 12/76): confirmatur interpretatio *italica* Proprii Missae B. Ioseph Freinademetz.

Foederatio Augustinianarum Recollectarum, 28 nov. 1975 (Prot. CD 653/75): confirmatur Ordo Professionis religiosae proprius lingua *hispanica* exaratus.

Congregatio Sororum Mariae SS.mae Consolatricis, 27 nov. 1975 (Prot. CD 118/75): confirmatur textus *latinus* atque interpretatio *italica* Missae B. Mariae Virginis Consolatricis.

Congregatio Sororum ministrantium infirmorum S. Camilli, 2 ian. 1976 (Prot. CD 826/75): confirmatur Ordo Professionis religiosae proprius lingua *italica* exaratus.

III. DE SACRA COMMUNIONE IN MANU FIDELIUM DISTRIBUENDA

(Cf. Instr. *Memoriale Domini*, 29 maii 1969 et adnexas epistolas ad Praesides Conferentiarum Episcopaliū: A.A.S. 61, 1969, pp. 541-547; *Notitiae* 5, 1969, pp. 347-355).

Pacifici Conferentia Episcopalis, 15 dec. 1975 (Prot. CD 776/75).

IV. PATRONI CONFIRMATIO

Antofagastensis in Chilia, 22 nov. 1975 (Prot. CD 686/75): confirmatur electio S. Ioseph B. Mariae Virginis Sponsi civitatis Antofagastensis apud Deum Patroni.

V. CONCESSIO TITULI BASILICAE MINORIS

Buffalensis, 7 oct. 1975 (Prot. CD 164/75): pro Sanctuario B. Mariae Virgini dicato, in civitate v. d. « Youngstown ».

S. Didaci, 17 nov. 1975 (Prot. CD 446/75): pro ecclesia paroeciali Sancto Didaco in civitate eiusdem nominis dicata.

Trevirensis, 22 oct. 1975 (Prot. CD 165/75): pro ecclesia paroeciali S. Ioanni Baptistae in civitate Saarbrückensi dicata.

VI. CALENDARIA PARTICULARIA

Dioeceses

Aquavivensis praelatura nullius, 24 nov. 1975 (Prot. CD 362/75).

Argentinae dioecesis, 31 iulii 1975 (Prot. n. 2180/74).

Collensis, 7 ian. 1976 (Prot. CD 772/75).

Curiensis, 20 nov. 1975 (Prot. CD 589/75): conceditur ut in dioecesi Curiensi celebratio SS. Placidi et Sigisberti transferri valeat a die 11 ad diem 12 iulii.

Laudensis, 20 nov. 1975 (Prot. CD 589/75).

Monasteriensis, 3 ian. 1976 (Prot. CD 822/75): conceditur ut in Calendario dioecesis inscribi valeant tamquam *memoriae ad libitum* celebrationes B. Arnoldi Janssen et B. Mariae Droste zu Vischering a Divino Corde.

Neritonensis, 27 nov. 1975 (Prot. CD 525/75).

Picena regionis dioecesis, 10 dec. 1975 (Prot. CD 752/75).

Familiae religiosas

Ordines Fratrum S. Augustini et Augustinianorum Recollectorum, 15 dec. 1975 (Prot. CD 704/75): conceditur ut in Calendario particulari *memoria obligatoria* B. Ezechielis Moreno inscribi valeat.

Congregatio Missionariorum Oblatorum B. Mariae Virginis Immaculatae, 30 dec. 1975 (Prot. CD 741/75): confirmatur Calendarium particulare atque conceditur ut idem Calendarium inseri valeat sive in Calendarium Romanum generale sive in Calendarium Ecclesiae localis, dummodo electio circa Calendarium adhibendum fiat in ambitu religiosae Provinciae vel amplioris ditionis a Superioribus competentibus.

Congregatio Sacrorum Cordium Iesu et Mariae necnon Adorationis perpetuae SS.mi Sacramenti altaris, 8 ian. 1976 (Prot. CD 43/75).

Congregatio SS.mi Sacramenti, 25 nov. 1975 (Prot. CD 695/75).

Congregatio a S. Rosario, 7 nov. 1975 (Prot. CD 609/75).

Congregatio Clericorum Parochialium seu Catechistarum S. Viatoris, 10 dec. 1975 (Prot. CD 749/75).

« Bénédictines du Saint-Sacrement, Monastère Sainte-Trinité de Bayeux », 11 nov. 1975 (Prot. CD 627/75).

Moniales O.S.B. ab Adoratione perpetua SS.mi Sacramenti (dioecesis Baiocensis in Gallia), 12 nov. 1975 (Prot. CD 632/75).

Sorores Dominae nostrae a Caritate Boni Pastoris, 24 nov. 1975 (Prot. CD 659/75): conceditur ut celebratio B. Mariae Droste zu Vischering a Divino Corde in Calendario particulari inscribi valeat tamquam *memoria obligatoria*.

Religiosae Mariae Immaculae, 29 dec. 1975 (Prot. CD 838/75): conceditur ut celebratio S. Vincentiae Mariae Lopez y Vicuña, quotannis die 25 maii, secundum normas Calendarii Romani, peragi valeat.

Sorores Pretiosissimi Sanguinis, 10 dec. 1975 (Prot. CD 740/75): conceditur ut celebratio Pretiosissimi Sanguinis D.N.I.C. peragi valeat die 1 iulii tamquam *sollemnitas*.

VII. DECRETA VARIA

Anconitana et Numanensis, 20 dec. 1975 (Prot. CD 818/75): conceditur ut, occasione Beatificationis viri laici Ioseph Moscatti, in ecclesiis Archidioecesis liturgicae celebrationes in honorem novi Beati peragi valeant, secundum « Normas de celebrationibus in honorem alicuius Beati congruo tempore post Beatificationem peragendas ».

Bloemfonteinensis, 13 dec. 1975 (Prot. CD 697/75): conceditur ut nova ecclesia paroecialis, in loco v. d. « Jacobsdal », Deo dicari valeat in honorem B. Eugenii de Mazenod.

Columbensis in Sri Lanka, 13 nov. 1975 (Prot. CD 570/75): conceditur ut ecclesia paroecialis, in loco v. d. « Palathota, Kalutara », Deo dicari valeat in honorem B. Eugenii de Mazenod.

Friburgensis, 11 dec. 1975 (Prot. CD 726/75): conceditur ut nova ecclesia paroecialis in civitate Constantiensi aedificanda Deo dicari valeat in honorem B. Henrici Seuze.

Palavanensis, 27 nov. 1975 (Prot. CD 656/75): conceditur ut in ecclesia cathedrali civitatis v. d. « Puerto Princesa » necnon in ecclesia loci v. d. « Inagawan », altare Deo dicari valeat in honorem B. Ezechielis Moreno.

Senensis, 15 nov. 1975 (Prot. CD 655/75): conceditur ut, ad normam can. 1281 § 1, C.I.C., Corpus Beati Augustini Novello, quod in ecclesia S. Augustini in civitate Senensi veneratur, transferri valeat in civitatem Himerensem, intra fines Archidioecesis Panormitanae.

Celebrationes particulares

I

MISSA VOTIVA « PRO PACE »

Missa composita est ad IX diem in universo mundo dicatum Paci fovendae celebrandum, 1 Ianuarii 1976.

MR = Missale Romanum, 2^a editio typica, 1975
LR = Lectionarium Romanum, vol. III, 1972

Ant. ad introitum

Ex 15, 2

Fortitudo mea et laus mea Dominus;
et factus est mihi in salutem.

(Ps 84: Complacuisti tibi, Domine, in terra tua).

Salutatio

Deus Pater noster
a quo omne donum perfectum descendit
suam vobis largiatur gratiam,
ac Sancti Spiritus lætitia
et pax Christi sint semper vobiscum.
ꝰ. Et cum spiritu tuo.

Actus Pænitentialis

Propter debilitatem nostram ac peccata
non valemus in pace vivere
neque cum Deo neque cum fratribus nostris.
Participes ergo totius mundi culpæ
Dominum exoremus
ut veniam suam nobis tribuat et pacem.

1. Domine,
tu scis nos nimis sæpe tamquam arma
sumpsisse violentiam, seditionem et odium

quæ sunt peccati nostri effectus.
Ignosce nobis, Domine, fiduciam ipsam
quam in malis instrumentis istis
aliquando reposuimus.

℣. Kyrie, eleison.

2. Christe Iesu,
tu scis nos patientia illa tua carere
qua sinamus bonum frumentum
mediis in zizaniis crescere;
cupimus enim celerem facilemque pacem
pro miseris viribus nostris humanis.
Ignosce nobis, Christe, modicam hanc fidem,
spem et caritatem nostram.

℣. Christe, eleison.

3. Spiritus Sancte Dei omnipotentis,
Sapientia Divina cuius superari non potest dulcedo,
etiamsi cognovimus vera pacis arma,
quæ sunt amor, patientia et oratio,
illis uti nescimus.
Ignosce nobis, Domine,
recusationem nostram invitationum tuarum
et Ecclesiæ admonitionum.

℣. Kyrie, eleison.

Misereatur nostri Omnipotens Deus, et, dimissis peccatis nostris,
perducat nos ad vitam æternam.

℣. Amen.

Collecta

MR 825

Deus misericors et fortis,
qui bella conteris deprimisque superbos,
immanitates a nobis et lacrimas dignare festinanter arcere,
ut omnes in veritate
tui nominari filii mereamur.
Per Dominum.

Vel etiam:

Deus, qui Filium tuum in hunc mundum misisti
ut tibi eum reconciliaret,
inter nos disiunctos homines excita pacis artifices
tuo Spiritui obœdientes
et fac ut homines ab eo sustentati
mutuam inter se fiduciam reperiant
ac dirimere violenter desistant contentiones
quibus dividuntur.
Per Dominum.

LECTIONES

Lectio prima

Messias, princeps pacis. *Is* 9, 2-7 (vulg.); 9, 1-6 (hebr.)

Psalmus responsorius *Ps* 45, vv. 2-3, 8-9a et 10a; LR III, 202

ꝫ. Melior est sapientia fortitudine; *Qo* 9, 16. 18
melior est sapientia quam arma bellica.

Deus est nobis refugium et virtus, *
adiutorium in tribulatione inventus est nimis.
Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, *
et transferentur montes in cor maris.

ꝫ. Melior.

Dominus virtutum nobiscum *
refugium nobis Deus Iacob!
Venite et videte opera Domini: *
auferet bella usque ad finem terræ.

ꝫ. Melior.

Lectio secunda

Veræ belli causæ. *Iac* 4, 1-8; LR III, 702

Alleluia

Io 13, 34

℞. Alleluia, alleluia.

γ. Mandatum novum do vobis:
sicut dilexi vos ut et vos diligatis invicem,
dicit Dominus.

℞. Alleluia.

Evangelium

Amor est fons pacis.

Io 15, 9-12; LR III, 704

Homilia

*Consulantur Nuntius Pauli VI ad diem paci in universo mundo
fovendæ dicatum MCMLXXVI, atque eiusdem nuntii explicatio.*

*Credo**Oratio universalis**Monitio*

Fratres et Sorores:
perbene illud novimus:
omnes homines loquuntur de pace,
verum tamen res ipsæ universali eidem desiderio contradicunt.
Rogemus itaque Deum, Magistrum Historiæ,
ut nostris in cordibus pacem confirmet
hominibusque vera arma concedat
quæ vires belli tandem devincant.
Precemur una dicentes: Dona nobis, Domine, pacem.

Intentiones

1. Pro Ecclesia eiusque pastoribus ut,
dum mundo enuntiant Evangelium Christi,
principis pacis,
vanitatem et periculum simul denuntient falsæ securitatis
armamentis belli innixæ:
Dominum deprecemur.
℞. Dona nobis, Domine, pacem.

2. Pro nationum gubernatoribus
ut sincero animo concordiam inter populos conquirant
neve opes suas et facultates
cum pauperum detrimento consumant
in armis violentiæ cumulandis
ad utilitatem fallacis alicuius et fragilis pacis:
Dominum deprecemur.

ꝛ. Dona nobis, Domine, pacem.

3. Pro omnium civitatum exercitibus
ut munus suum expleant
præstanda vera securitate
ex iustitiæ iuriumque observantia:
Dominum deprecemur.

ꝛ. Dona nobis, Domine, pacem.

4. Pro cunctis qui vim, bellum, iniustitiam patiuntur,
pro ægrotis et captivis,
ut Deus illorum spem et expectationem impleat
mittendis fratribus misericordibus ac devotis
quorum ipsi indigeant
et qui eis sint testes Iesu Christi:
Dominum deprecemur.

ꝛ. Dona nobis, Domine, pacem.

5. Pro singulis nobis hic congregatis
cum spe veræ diuturnæque pacis,
ne expectatio nostra umquam decipiatur
sed ut in armis mortis nullam collocantes fiduciam
contendamus potius uti pacis veræ armis
quæ Christus solus concedere nobis potest:
Dominum deprecemur.

ꝛ. Dona nobis, Domine, pacem.

Oratio conclusiva

Domine Deus, qui in domo tua
unanimam Ecclesiam tuam colligis circum eandem mensam,
largire nobis verbi tui ac panis nutrimentum.

Sic quidem corroborati,
ut cum aliis quam belli armis honestum committamus praelium
quod pax ipsa deposcit,
victores aliquando discedemus
per Filium tuum Iesum Christum
qui vivit et regnat in sæcula sæculorum.

Super oblata

MR 826

Memorare, Domine, Filium tuum,
qui est ipse pax,
odia nostra suo Sanguine peremisse,
et, mala nostra propitiatus aspiciens,
da, ut hominibus quos diligis
pacem hæc hostia cum tranquillitate restituat.
Per Christum.

Præfatio (ex Prece Eucharistica « Pro Reconciliatione », n. 2)

Tibi, Deus et Pater omnipotens,
gratias agimus teque laudamus
per Dominum nostrum Iesum Christum,
pro operatione tua in mundo.
Cum enim genus humanum
dissensione sit ac discordia divisum,
experiendo tamen cognoscimus te animos flectere,
ut sint ad reconciliationem parati.
Corda quidem tuus permovet Spiritus,
ut inimici iterum in colloquia veniant,
adversarii manus coniungant,
populi sibi quærant obviare.
Tua etiam fit operante virtute,
ut voluntate pacis amante rixæ sedentur,
vincatur odium venia,
remissioni tandem ultio cedat.
Quapropter gratias Tibi indesinenter oportet agamus
teque collaudemus cum choris cælestibus,
qui sine fine tuæ clamant maiestati: Sanctus, ...

Ad orationem dominicam

Omnes nos filii eiusdem Patris sumus
atque Iesu Christi fratres;
pro nobis ergo invicem veniam ipsius
pacemque petamus.

*Ant. ad Communionem**Io 14, 17; MR 826*

Pacem relinquo vobis,
dicit Dominus,
pacem meam do vobis.
(Ps 33 vel 144)

*Post Communionem**MR 826*

Uno pane, qui cor hominis confirmat,
suaviter satiatis,
da nobis, Domine,
et belli furores superare feliciter,
et tuam amoris ac iustitiæ legem
firmiter custodire.
Per Christum.

Benedictio sollemnis

Deus, qui omnis est fons benedictionis,
gratia sua vos circumfundat
in eaque vos per totum hunc annum custodiat.
R. Amen.

Ipse fidem a Christo insertam vobis nutriat,
spem Christi sustineat
et ad caritatem ac patientiam Christi vos conducat.
R. Amen.

Pacis Spiritus vobis ubique comitetur,
impetret quicquid petiveritis
et ad sempiternam vos beatitudinem dirigat.
R. Amen.

Et benedictio Dei omnipotentis,
Patris et Filii et Spiritus Sancti,
descendat super vos et maneat semper.

℟. Amen.

II

PRO BENEDICTIONE ORGANI LITURGICI

Schema huiusmodi uti subsidium pastorale proponitur.

Cantus ad introitum

Repleatur os meum laude tua
ut possim cantare,
gaudebunt labia mea
dum cantavero tibi: alleluia.

Celebrans:

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

℟. Amen.

Dei Patris dilectio,
gratia et pax Domini Nostri Iesu Christi,
gratia et solacium Spiritus Sancti
sit cum omnibus vobis.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio

Celebrans invitat:

Oremus.

Et omnes per aliquod temporis spatium silentio orant. Deinde celebrans dicit:

Accipe, Domine Deus, hymnum laudis,
quem hæc familia tuæ canit sanctitati:
sit canticum nostrum hymni illius præludium,

quod exsultantes ad cælorum gloriam electi
in Filii tui gratiæ plenitudine concinunt,
qui vivit et regnat in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Lectio verbi Dei

Col 3, 12-17

Cantantes Deo psalmis, hymnis et canticis spiritualibus.

Vel

Cantemus Domino

Ex 15, 1-2, 20-21

Et cantabunt canticum novum

Ap 4, 1; 5, 11-14

Multitudo militiæ cælestis laudantium Deum

Lc 2, 8-14

Confiteor tibi, Pater

Lc 10, 21-24

Psalmus responsorius

Ps 150: vv. 1-2, 3-4, 5-6

℟. Omnis spiritus laudet Dominum: alleluia!

Habeatur pro opportunitate brevis homilia. Post quam fiunt:

Preces

Celebrans:

Fratres et sorores,
ut nos docet Sanctus Paulus,
Dominum glorificemus eique gaudium nostrum et laudem concinamus
propter eius amoris magnitudinem
